



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De ortu & progressu Eloquentiæ. Capvt V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

nunc autem desolata perflant Zephyri, Antoninus ad hanc vocem suspirijs, & lachrymis sum testatus dolorem, continuo Theodosio Asiae praefecto mandauit, ut Smyrnam reparet.

Vis callidam, & herorum expugnaticem Suadam ingenioso ipsius Oratoris stragema te gliscentem? Lampsacenos statuerat Alexander, quod Persis studebat fuiditus euertere, iamque erat in procinctu ferro, & furore incitatissimus, cui ad eum a suis municipibus missus est Anaximenes (magni illius Alexadri preceptor), vt culpam deprecaretur, quo cognito Rex in iracundia persistes, iurauit se Anaximenes precibus omnia contraria facturum; At egregius orator furentem iuuenit animum subdole mitigans. Nonveni, inquit, Alexander vt putas, deprecator culpe, sed auctor iustitiae, iniquè egrent Lampasaceni, rei sunt Maistratis: hoc igitur ate postulo, vt eorum vxores, & liberos ab corona vendas, templa incendas, vibem in plana submittas. Alexander, qui si praceptoris petitioni aduersaturum per omnia dixerat, scit se captum, & subridens omnia condonauit.

**Eunapius**  
in. 1. de so.  
**Sap. res. v.**  
**Eustathij eloquentia**  
delinuit.

Vis Praetigiarecum? Eustathium intuere, cuius memini! Sardianus invira Aedesij, ybi de Eustathij legatione ad Saporem, copiosius agit. Sapores homo imperiosus, & aditu difficilis erat, & fama ferebatur, postquam tamen de more legationis, Eustathio ad regem patuit accessus, vultus modestiam, suauemque oculorum serenitatem Sapores demiratus, varijs auribus hominem timore percillere conatus est: verum ybi placidis auribus viri dicta pariter, & argumenta modestè, atque expedite percursor concepit, foribus exceedere illum paulisper iussi, mox per cubiculos ad communem mensam rex illum introuocat, paret Eustathius, vt erat natura factus ad obsequij momenta, & omnem rationem humanitatis, ad epulas regales accedit, ybi cum de honorum contemptu inter pocula disseruisse, tantum regiae fortunæ, & ornamentorum Sapori fastidium iniecit, vt parum absuerit, quin Rex tiaram rectam abiecerit, & cum purpureo paludamento, gemmata monilia deposita cum Eustathij penula commutarunt: fieri illud prohibuerunt affinitate coniuncti, qui Philosophum merum præstigiarem dictabant.

Hac eadem eloquentia C. Gracchus lachrymas inimicis excusit, bella indixit Demosthenes, Catilinam fregit Tullius, Sicariorum enes in suum iugulum districtos heberauit

Antonius, vrbes cepit Cynicas,  
Per medios ire satellites,  
Et per rumpere amat (anæ).  
Potentius iæ fulmineo..

## De ortu &amp; progressu Eloquentia.

## C A P V T V.

**O**RIGO Eloquentia antiquissima est, si quidem cum oppidis hominumque cœtibus iure congregatis habuit initium: Cum constet duabus potissimum rebus vinciri ciuitates, iustitia, & sermone. Narrat Aristides magnam inter ipsius mundi nascentis cunabula rerum perturbationem exitisse. Cum hominem nudum, & inertem vniuersa pene animalia multis partibus anteirent, variisque molestij, arque angoribus, quibus ipse præ consilij inopia cedere cogebatur, excrucierent, ipsi deinde homines inter se, belluarum more, fœdissime tumultuantur.

Hanc conditionem miseratus Prometheus ille fabulosus, cœlum conscendit, vt subsidia salutis, & ornamenta referret dignitatis. Quapropter eius gratia partim delinitus Iupiter, partim etiam hominum miserijs (vt qui quotidie dilabebantur) grauitate commotus, Rhetoricam sub comitatu Mercurij misit in terras, iussisque vt eius ipsius copiam ficeret mortalibus, ne tamen instar theatralis pecunia promiscue largiretur omnibus, sed lectissima quæque, & generosissima ingenia deligeret, qua tam præstantis doctrinae opibus ad suam, multorumque locupleraret utilitatem. Hinc primi hominum cœtus, industria, consilia, machinationes, artes, opesque floruerunt.

Hanc ille lepidissimam fabellam citat, vt Rhetorica antiquitatem, necessitatemque commander. Constat certe Rherorum nomen antiquissimum esse, & longè ante Philosophorum appellationem: quippe Homerus eius ipsius meminit Iliadis primo, ybi Phœnicem Achilliā Peleo patre admotum, quasi doctorem eloquentia, morumque moderatorem innuit, & expresse, πρῆπε λόγων, περιτταὶ τε ἐργῶν nominauit. Quin eius temporibus, iam caluisse in concionibus eloquentia studium ostendit, cum heroes illos antiquos ob linguæ facultatem efficerat laudibus. Nam Menelao argutam breuitatem, Nestori melleam suavitatem tribuit, Vlyssi verò copiam niuibus hibernis Paris Ressimillimam, έπεια scilicet φρέσος τουτα τοι.

Aristid.  
Orat. 2. pro.  
Rhet. Apo-  
logus Lopis-  
dus.

**Homerus**  
D. a.  
**Rhetorum**  
**nomen an-**  
**tiquissimum.**  
ἔπη τε λόγων  
**Phœnicē ab**  
**Homero di-**  
**citur.**

Xenophon, sed & ipsum Paridem volunt, ut  
pote ingenio satis eleganteem in Amadro, Pa-  
tris iussu Græcis artibus, & eloquentia dis-  
ciplinis institutum, disertum imprimis supra  
gentis sue ingenium euasisse, atque in homi-  
nem Veneris, Ceston, ceteraque id genus (si A-  
thæne credimus) scripsisse, unde postea de iu-  
dicio Deorum, & Veneris victoria, manauit tu-  
mor. Pitheum quoque ipsum matrem The-  
sei anum Træzeniorum regem, non modo  
ius, ut eius dignitatem decebat, constanter  
dixisse, sed & artem dicendi docuisse, & li-  
brum Rhetoricum posteris reliquiss referre  
Pausanias in Corinthiacis, ex quo, & eius mo-  
numentum, cœmebatur, Tribunal ex albo mar-  
more, tribus sellis iudicariis insigne, cui pro-  
ximum adhærebatur templum Musarum, vi-  
tiorum, & humaniorum artium singulare o-  
stenderet cōmercium. ἡτοί ταοι πιτε-  
νός μνήματι τρεῖς δέ εἰσιν οὐρανοὶ κατά-  
του λίθου λευκοῦ οὐ πέρρης ἢ ιερῶν Μαστῶν εἰσι,  
addit ἵβραδα πιτενά διδάχαις λόγων τεχ-  
νοῦ Musarū, την φύσιν της Ελλήνων πιτενάς δὲ σύγ-  
βοι εἰσι, γραμματικήν τεχνὴν τεκνούσι, καὶ αὐ-  
τοῖς οὐτελέγαμεν. Hæc ille, ex quibus collig-  
itorices.

Pithae-  
gregium  
monumen-  
tum.  
Tribunal  
Iudicis an-  
norum i.e.  
Cic. in Bras-  
to.

Sed quia hæc artis elementa, ut credibile  
est, erant crassiora, vix inter ipsius Rhetorice  
cunabula numerantur. Quamobrem Cicero  
in Bruto eloquentiae ortum facit ab Athenarum  
adolescentia. Eloquentia, inquit, non  
apud quosvis Græcorum coepit, sed apud A-  
thenienses non nascientibus, sed iam adulis  
Athenis: Ante Periclem, & Thueididem li-  
tera nulla est, quæ quidem ornatum aliquem  
habeat, & oratoris esse videatur; Periclem  
Xantippi filium Anaxagoras Philosophus eru-  
dit, cuius suavitate hilaritate sunt Athenæ,  
ius ubertatem, & copiam admirata, cuiusdem  
dicendi vim, terroremque timuerunt.

Hæc igitur eras prima oratorem prope per-  
fatum tulit. His ducibus eloquentia excoli-  
cepit, & magistri dicendi multi subito exti-  
erunt.

Gorgias Leontinus, Trasymachus Calci-  
donius, Protagoras Abderitus, Prodicus Chi-  
us, Hittias, Elæus, Isocrates tamē omnes vicit,  
& Lysias, quem iam propè audeas oratorem  
perfectum dicere: Nam plene quidem perfe-  
ctum, & cui utilis admodum desit Demosthenes.

nem facile dixeris, huic Hyperides proximus,  
& Aeschines fuit, & Lycurgus, & Dinarchus,  
& cuius nulla scripta extant Demades. Hæc  
enim ætas effudit hanc copiam: & succus, &  
sanguis incorruptis usque ad hanc aetatem ora-  
torum fuit, in qua naturalis eserit non fucatus  
nitor. Hæc Cicero, quæ si eum Pausanias, &  
Athæniæ testimonijs compares, facile colligas  
cum non ipsius eloquentia primordia, sed ex-  
positionem, perfectionemq; assignare. Verum  
cum de rerum initijs sermo est, ab ipsis unis  
sunt repetenda, nec considerandum, an tunc  
ornatum habuerint. Nihil enim politum est, &  
natum, sed ruderibus principijs omnia natu-  
ra ipsa rerum opifex pertexit.

## De Nomine Rhetorum.

## CAPUT VI.

Primum Rethores dicti sunt omnes, qui qua-  
lunque demum dicendi facultate polle-  
bant: quo sensu Phœnicem ab Homero Rethore  
nominatum cōstat; & ἀπέρπι, ipsa est omnes dī-  
ars dicendi, ac eloquentia nuncupata, ἀπό & sorti.  
τριη, quod est dicere, aut Φœnicus λέγεται, fusca Magna. A  
oratione loqui, quod annotat magnum ery- ery-ol.  
mologicum, vel etiam ἀπό τὸ πῆρπα (ita legē in voce  
Dores appellant) quod Rethores olim leges ἐπέρπι, proponerent, & cōderent: verum quod contra τριη.  
cta videretur ad forenses orationes Rethorice  
nomenclatura, ut testatur Suidas, qui πῆλοπιν Suid.  
vocat γραφεῖν ἐν γονιζοτο πῆρπα, Sepius in voce  
eloquentes in genere δένοντες τὸ λόγοις, & clo- ἐπέρπι.  
quentiā ipsam λόγοις potius, quam πῆλοπιν Gregor.  
magni authores nuncupant, ita Diuus Gre- Naz. ep. 10.  
gorius, λόγοις πῆρπα, dixit labores in elo- ad Basili.  
quentiæ studiis positos, & Julianus ad Liba- Julianus ad  
nium Sophistam λόγοις, οὐτε πῆλοπιν, con- Liban.  
iungit, eloquentiam significans prudentię sa-  
lē conditam. Hæc prima Rethoris appellatio.

Mox, cum diserti illi, & facundi homines  
Athenis maximè, quæ vobis eloquentiæ fuit do-  
minicium, omnia regenter, & pro arbitrio  
concionum fluctus moderarentur, bella confi-  
cerent, exercitus, naues, commeatus, vec-  
tigalia, leges denique, & iura omnia admi-  
nistrauerent: speciosissimum fuit nomen Retho-  
rum. Nam πῆρπα, ut testatur Suidas, iidem e-  
runt, ac δῆμος συμβολυντες, & δῆμος γογοι, in voce  
Suid.  
Pini.